



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridivm Chronologicvm Sacrae Et Prophanæ Historiæ

Salian, Jacques

Coloniæ Agrippinæ, 1638

Serenissimo Ac Reverendissimo Principi, Maximiliano Henrico Vtrivsqve
Bavariæ Dvci, Episcopatvs Hildesiensis Coadivtori, Illustrium Ecclesiarum,
Cathedralis Argentoratensis, & S. Gereonis Coloniæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64957)



SERENISSIMO
AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI,
MAXIMILIANO
HENRICO
VTRIVSQUE BAVARIÆ
DVCI,
EPISCOPATVS HILDE-
SIENSIS COADIUTORI,
Illustrium Ecclesiarum, Cathedralis
Argentoratensis, & S. Geronis Colo-
niæ Præposito, nec non Metropolita-
næ Ibidem Ecclesiæ Canonico, &c.
Domino Clementissimo

FELICITATEM ÆTERNAM.



Iracula huius Mundi
inferioris, tanquam de-
bita quædã Naturæ ve-
getigalia volunt sibi Ter-
rarum Principes, Dominique de-
beri. Nec immerito. Enim vero
MIRACVLA inter homines sunt
PRINCIPES rari ac chari, rara
& excellenti virtute conspicui,
quâ se iure merito probant

Terrarum Dominos, ac Hominum Deos.

Eam ob rem MIRACVLVM hoc

EPISTOLA

offero Tibi SERENISSIME PRINCEPS MAXIMILIANE HENRICÆ, miraculum sane non exiguum Eruditionisne dicam Historicæ, an Historicæ Breuitatis? Vtrumq; malo, quia vtroq; hoc, vtrumque nomen tuum BAVARICA SERENITATE splendidissimam, & vtrumque talentum Ingenij, & Eruditionis in te nobilissimum congruentius honorabo. Hæc ego tua MIRACVLI MEI parallela nolim hic diffusius memorare SERENISSIME PRINCEPS, compendium enim debet esse totum ingeniosæ BREVITATIS MIRACVLVM, quod coram hic exhibeo, ideoque & ipsam hanc meam oblationem breuem debere esse intelligo, eandemq; ob causam intra oleas propositæ breuitatis meam prolocutionem coërceo, vnoque, quod adiunt, holo epulum totum MIRACVLI MEI represento. MIRACVLVM prisca sæculi fuit in nuce descripta Homeri Ilias tota. Vanum hoc,

DEDICATORIA.

hoc, fabulosum, & multis scelerū
inuolucris implexum. MIRACV-
LVM meum & sanctum est, & Ve-
ritatis oraculū, & omni sacra, pro-
fanaq; historica eruditione refer-
tū. Ipsa enim prima Mundi incu-
nabula manifestat, rerū creatarū
progressum declarat, Protoplasta-
rum originem indicat, Filiorum
propagationem, mores, instituta,
rerum publicarum institutiones,
regna, diuisiones, bella, artes, se-
ctas, religiones digito quasi de-
monstrat, admirabilemque rerum
quasi omnium gestarum ab Orbe
condito, ac perditto, eoq; per Chri-
sti mortem reparato, seriem, ordi-
nemque proponit, facesq; præfert
ad omnem planè Historiam, sin-
gularemq; eruditionem luculen-
tas. Taceo hic reliqua, ipsumque
MIRACVLVM ingeniosæ breuita-
tis Historicæ paruo hoc codice
cōprehensum ad sacratiores Mu-
sarum Tuarum aras, ad thronum
Gratiæ, ac SERENITATIS TVÆ
ā 3 suspen-

EPIST. DEDICAT.

suspendo, dico, consecroque, pla-
neque mihi futurum persuadeo,
quod sicut iuuenili ætate MIRA-
CVLVM doctrinæ, ac Pietatis no-
stræ Te exhibes Colonia Agrip-
pinæ, ita etiam hoc MIRA CVLVM,
sacræ, profanæq; historiæ breuia-
rium, accidet Tuæ SERENITATI
gratissimum, cui ad maiora gran-
dioris ætatis MIRACVLA refer-
uato, miraculosos etiam, quos a-
iunt vel Nestori, vel Tithono an-
nos contigisse, ex animo precor, &
exopto, Colonia Vbiorum Nata-
litijs Magnæ Matris ac Virginis,
cui vnicè Te, Tuaque omnia San-
ctissimè deuouisti,

SERENITATIS TVÆ

Humillimus Cliens

IOAN: KINCHIVS
Ciuis & Bibliop. Col.